

Heinrich Müller

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol. Prof. Ordinarius, Facultatis suae hodie Decanus, & ad. Div. Mariae Pastor Ad piam & devotam Resurrectionis Jesu Christi meditationem Omnes omnium ordinum cives Academicos sedulo serioq[ue] invitat : [P. P. sub sigillo Rectoratus ipsis feriis Paschalibus d. 10 Apr. Anno 1664.]

Rostochii: Kilius, [1664]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735640378>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

92.

Quo
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

D. HENRICUS Müller/

Theol. Prof. Ordinarius, Facultatis

suz hodie DECANUS, & ad Div. Mariæ

Pastor

Ad piam & devotam

RESURRE-
CTIONIS
IESV CHRISTI

meditationem

Omnes omnium ordinum ci-

ves Academicos sedulo serioq;

invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

50

UNIVERSITÄT
 ROSTOCK
 BIBLIOTHEK
 THEOLOGISCHES SEMINAR
 AD PASTOR & DEVOTIUM
 RESURRECTIONIS
 DOMINI
 ANNO 1773
 ROSTOCK
 THEOLOGISCHES SEMINAR



*H*ec est dies, quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea, non sine iubilo inquit HieroPsaltes Ps. CXVIII, v. 24. De die resurrectionis dominicæ exponunt veteres. Origenes, *Non solis cursum hoc loco diem vocat, inquit, sed præclara facinora, quæ in eo gesta sunt. Quemadmodum enim qui diem malum dicit, non solit cursum, sed mala, quæ in ipso sunt, intelligit; ita etiam bonum diem, præclara facta, quæ in illo contigerunt. Quid posset cum hoc die conferri, in quo cum hominibus facta est reconciliatio, & diuturnum bellum fuit diremptum, & terra cælum evasit, & homines terra indigni regno digni visi sunt, & nostræ naturæ primitiæ super cælos sublata sunt, & paradysus apertus est, & veterem patriam recepimus, & expunctum est maledictum, & sublatum peccatum. Et si enim omnes dies fecerit, illum tamen eximie, quandoquidem in illo maxima sua mysteria implevit. Et Athanasius;* Σημειωθ
ὁ ἡμέρῃ

ὁ λόγος τὴν ἀναστάσιμον ἔσωτῆρος ἡμῶν, τήν γε ἐπ' ὀνόματι αὐτῆς
γενομένην, δηλαδὴ κυριακὴν. Meretur dies hic absolu-
tè dici *dies domini*, quia quicquid in ea est, à do-
mino est. In aliis Christi festivitibus semper
aliquid nostrum reperies, quia semper in illis ali-
quid miscetur poenæ, quæ abs nobis quæ meritum
ortum trahit. In die nativitatibus vagit infans in-
ter arcta conditus præsepia. Dies circumcissionis
dolorum dies est. In die Epiphaniæ una cum
auro & thure myrrha offertur mortis acerbissimæ
vaticina. In ipso Transfigurationis die de excessu
agitur, quem completurus erat in Jerusalem do-
minus, h, e, de passione & morte crucis. At re-
surrectionis dies gaudio & gloria plena nihil im-
miscet miseriarum nostrarum, mel merum cœ-
lestè illa propinat, fellis terreni nihilo addito.
Hanc diem fecit dominus illustrem atq; insignem,
stupendo salutis opere. Hac die victor triumphat
Leo de tribu Juda, succumbere visus in confi-
ctu cum leone infernali, sed visus tantum, ut de-
jectio prostrati occasio fieret triumphi: Dabat
enim quodammodo infirmitas fortitudinem,
lapsus palmam, ruina victoriam. Non im-
meritò huc applicat Eusebius Emisenus hom. VIII
de Pasch. fabellam de Filio terræ, qui cum Her-
cule pugnavit, quoties sub illius robore in terram
pronus

pronus ruebat, toties à terra, tanquam matre, ad-
jutus fortior in hostem insurgebat: cœlestis Ath-
leta Jesus congressus cum publico humani gene-
ris hoste ad hoc cessit ut resurgeret gloriosius, ad
hoc cecidit ut nos elevaret, qui adversarium effu-
sus obruit, prostratus elisit, jacentemq; hominem
dejectus erexit. Hac die mors morti data mor-
talem amisit aculeum. *O mors, quæ Christi mor-
te mortua es, illius morte nos vivimus, devorasti &
devorata es; dumq; assumti corporis Christi sollicitaris
illecebra, & avidis faucibus prædam invadis, interio-
ra tua ad unco dente confossa sunt. Gratias tibi tua
agimus creatura, Christe salvator, quod tam potentem
adversarium nostrum, dum occideris, occidisti. Quid
antea miserius homine, qui æternæ mortis horrore pro-
stratus, vivendi sensum ad hoc tantum acceperat, ut
periret? præclare inquit Hieronymus Epist. III.
Morimur quidem morte à domino superatâ, sed
mors nostra mors mortua est. Tunc enim mors
in ligno mortua, quando mortua in ligno vita fuit.
Mortem nostram dominus moriendo destruxit,
& vitam resurgendo reparavit. Unde jam mors
nomen mutavit. Somnum eam appellat Apo-
stolus, & mortuos dormientes. Surgemus nos
membra, quando quidem caput nostrum surre-
xit. Evigilabimus ad vocem suscitantis; surgite
mortui,*

mortui, & venite ad iudicium. *Lætetur ergo
& exsultemus in hac die.* Lætetur de mortis &
diaboli imperio destructo; exsultemus ob vitæ
æternæ spem restitutam. Lætetur mente, ex-
sultemus corpore. Lætetur in domino, & ex-
sultemus in salutari nostro. Certe gaudium,
quod qui Christi gloriantur nomine in festivitati-
bus suis ut plurimum gaudent, non dicam Chri-
stianis, sed & hominibus ratione sanâ præditis in-
dignum est. Gaudent enim non de veritate,
sed de vanitate: gaudent in vestibus pretiosis, in
conviviis & comestationibus epicureis, in nugis
& ludis. *Hoc quidem non est de Christi resurrectione
gaudere, inquit Bernhardus, sed potius Christi re-
surrectionem irridere.* Ita gaudete, ô nostri, ut
ne gaudium vestrum in dissolutionem vertatur,
nec Paschales in bachanales degenerent solemnita-
tes. Ita lætamini, ut simul resurgatis cum
Christo spiritualiter. *Quomodo Christus surrexit
à mortuis per gloriam patris, sic & vos in novitate
vitæ ambulate.* Christus resurgens ex mortuis jam
non moritur, mors illi ultrà non dominabitur: quod
enim mortuus est peccato mortuus est semel: quod au-
tem vivit, vivit Deo. *Quapropter & vos existimate vos
mortuos quidem esse peccato, vivere autem DEO in
CHRISTO JESU domino nostro.* Surrexit do-
minus

minus *verè*. Quam multi, proh dolor! videntur
& sibiipsis & aliis resurrexisse, qui tamen reverà
adhuc in foetido vitiorum suorum sepulcro ja-
cent, in quos aptissime quadrat id quod episcopo
Sardicensi scribitur Apoc. III. *Nomen habes quod
vivas, & mortuus es.* Surrexit Christus *integrè*
nihil quod ipsius erat relinquens in sepulcro, non
capillum, non pedem, non manum, non dentem
&c. Multi quidem spiritualiter resurgunt, sed
pedem adhuc in sepulcro habent, dum ea reti-
nent, quæ ipsis petra scandali & occasio sunt re-
lapsus, domos suspectas, societates pravas, com-
mercia periculosa. Quis vestrum, charissimi,
foveam in domo tolerat, in quam incidens pedem
fregit? fovea profunda est quælibet peccandi oc-
casio, quam qui non vitat, peccatum ipsum se vi-
tare frustra gloriatur. Surrexit Christus *firmiter*.
Resurgens enim ex mortuis jam non moritur:
mors illi ultrà non dominatur. Quàm multi sunt,
qui concionibus passionibus territi bonam fors
induere mentem post absoluta paschalia ad inge-
nium redituri. Ubi vera resurrectio spiritualis, ibi
nullum peccati dominium. Quid prodest, magno
pretio redimi de patibulo, si redemptus & dimissus
mox alibi capiatur & suspendatur? Sufficit dæ-
moni vicisse te in fine. Resurrexit dominus *cor-*
pms

pus gloriosum indutus, *cujus quatuor sunt in primis*
dotes, impassibilitas, claritas, agilitas, subtilitas. Nos
igitur sicut portavimus imaginem terreni, porte-
mus etiam imaginem cœlestis. Simus *impassibiles*
& impenetrabiles, sive prosperæ, sive adversæ
fortunæ telis exponamur. Simus fulgidi & *clari*,
luceat lux nostra coràm hominibus, palamq; fiat
nos revera cum Christo resurrexisse: ut hinc illu-
stretur & incalescat etiam proximus noster. Si-
mus *agiles* & ad peragenda vocationis nostræ offi-
cia prompti. Simus deniq; *subtiles*, penetremus
januas clausas, cum proximo succurrendum est;
penetremus muros, valla & armatorum cuneos,
ubi pro gloria DEI dimicandum est; penetremus
cœlos, cum orandum & meditandum, ut mente
à terra in cœlum elevati, jungamur Angelis Deoq;
uniamur. Hæc cogitare, hæc agite Cives. Adspi-
ret vobis gratiam, qui hodie surrexit, mortis &
Diaboli victor & triumphator gloriosissimus
Dominus noster Jesus Christus benedi-
ctus in secula! AMEN.

P. P. sub sigillo Rectoratus ipsis feriis Paschalibus
d. 10. Apr. Anno 1664.



minus *verè*. Quam multi, pro
& sibiipsis & aliis resurrexisse, &
adhuc in foetido vitiorum suo
cent, in quos aptissime quadrat
Sardicensi scribitur Apoc. III. *A*
vivas, & mortuus es. Surrexi
nihil quod ipsius erat relinquen
capillum, non pedem, non man
&c. Multi quidem spiritualite
pedem adhuc in sepulcro habe
nent, quæ ipsis petra scandali &
lapsus, domos suspectas, sociera
mercia periculosa. Quis vest
foveam in domo tolerat, in quam
fregit? fovea profunda est quæ
casio, quam qui non vitat, pecc
tare frustra gloriatur. Surrexi
Resurgens enim ex mortuis ja
mors illi ultrà non dominatur.
qui concionibus passionibus te
induere mentem post absoluta p
nium redituri. Ubi vera resurre
nullum peccati dominium. Quid
pretio redimi de patibulo, si rede
mox alibi capiatur & suspendat
moni vicisse te in fine. Resurre

dentur
reverà
cro ja
piscopo
es quod
integrè
ro, non
lentem
nt, sed
ea reti
unt re
, com
rissimi,
pedem
ndi oc
m se vi
rmiter.
oritur:
ti sunt,
m fors
d inge
alis, ibi
nagno
missus
cit dæ
us cor
pus

